



PETITUS DISSERTATIONUM

Colloquium Internationale *Communicatio et Cultura in Romanitate Europaea*
CICCRE editio sexta

Universitas Occidentalis Timisiensis (Romania), 16-17. Iunii AD MMXVII,
thematē

CANON CULTURALIS. CANON LITTERARUM. CANON LINGUISTICUS

Romanitas paradigmata canonica, culturalia, litteraria et linguistica liberaliter delineat et ad deliberandum proponit Europae (sed non tantum), quae post saecula ut formae in artibus, communicatione scientiisque mundo Romano proximis inveniri possunt.

Igitur institutores CICCRE participes sextae editionis invitant ut de quaestionibus aestimativis disputent, de similitudinibus et differentiis diversarum canonum specierum et de earum repercussione et illustratione in variis Romanicis linguis et traditionibus litterarum artiumque.

Qui libri vere sint boni sive bene scripti? Huic interrogationi, praeter theoreticas considerationes, nisi indice auctorum et operum certis criteriis electorum respondere possumus. Huiusmodi index in primis processum selectionis et aestimationis requirit, qui semper severitatem affectat, sed praeter omnem compositorum diligentiam talis catalogus numquam erit exhaustus, consummatus, nec saltem verus. Habebitur semper aliquid addendi aut propter caducitatem auferendi: in perpetuum mobilis erit. Ut invariabile aestimativum conceptus, quod famam et culturalem aut litterariam aemulationem gignit, canon seipso aestheticum paradigma mutat, necnon et expectationes gentium.

Haec notio legitimae selectionis librorum (ut etiam hoc modo canonem nominemus) a religione originem ducit et plurivoca est. Sensus primarius canonis corpus hierarchicum librorum Sacrae Scripturae refert, in quibus fontes doctrinarum et morum Christianorum continentur. Consimili modo opus fuit canonem saecularem consistere, a religioso exortum, qui litteras et artes non Christianas, sed certe egregias comprehendat. Canon litterarum/ artium ita definitus dumtaxat tres partes habere debet: artes visuales, musicam et litteras. Selectio canonica sive, comprehensibiliter, canon litterarum/artium/linguisticus non est summarium aliquid auctorum operumque sive usuum linguisticorum, nec possumus eum ut obsidium aut fixatio intra fines alicui propositi initialis concipere. Causa mutationis canonis in artibus cuiusque generis variatio est gustuum, quae aut schismata in rebus aestheticis parit, aut accommodationes ad spiritum

aetatis favet, ad propria aethetica invariabiliaut criteria pro selectione textuum sive operum „capitalium” (ut canonem constituent) imponenda. Additiones et ablationes canonis non possunt praevideri nec omnino explicari (saltem per disquisitionem praecedentium canonum), quoniam conventiones alicuius aetatis aut sectantur, aut solvunt. Repercussiones aetheticae paradigmatis in societatem et linguam difficile aestimari possunt, tametsi patet quod transitio ab uno motu culturali ad alterum numquam sine aliqua „pugna canonica”, vehementius aut non, manifeste aut obscure efficitur, ad alterum genus aestimationis imponendum. Canon aetheticus sive litterarius – aequabile corpus doctrinarum unius motus culturalis – effectus est omnium generum canonum (litterarum, linguistici et artium) abstractissimus, quia haec notio super systema generale theoreticorum principium fundatur, quibus motus litterarius sua exemplaria/ proposita delineat.

In rebus linguisticis et peculiariter in grammatica canonis litterario notio normae sive regulae correspondit, ut systema obligatorium effectuum necnon et exemplar sectandum definita. Norma linguistica magnopere conditionibus societatis et rei publicae in quolibet historico momento determinatur. Effectiones concretae plerumque ut fortuitum colludium impositionis et approbationis manifestantur. Historia notionis normae, reductionis ad eandem regulam, variae species normarum et regularum, derogationes seu exceptiones eorundem, in rebus linguisticis aut in processu docendi alicuius linguae, en nonnullae propositiones ad potentiales dissertationes subiciendas.

Omnes quibus canonicitas et paradigmata culturalia, litteraria et linguistica in spatio Romaniae aut cum Romanitate conexas intersunt, docentes, personae vitae culturalis, studiosi aut doctorandi, invitantur ut dissertationes in sequentibus Colloquii sectionibus proponant: Lingua et litterae Latinae; Lingua et litterae Dacoromanicae; Lingua et litterae Dacoromanicae alienigenae; Lingua et litterae Francogallicae; Lingua et litterae Italicae; Lingua et litterae Lusitanicae; Lingua et litterae Hispanicae; Ars docendi linguarum Romanicarum; Historia et Theologia; Musica; Artes visuales et Artes dramaticae.

Institutores et sponsores

Haec scientifica manifestatio a Centro Studiorum Romanicarum Timisoarae (CSRT) apud Facultatem Litterarum, Historiae et Theologiae Universitatis Occidentalis Timisoarensis constituta est cooperante Universitate Scientiarum Szegediensis, Hungariae.

COMMISIO SCIENTIARUM PERITORUM

Eugenia ARJOCA-IEREMIA, Universitas Occidentalis Timisoarensis, Romania

Florica BECHET, Universitas Bucurestiensis, Romania

Doina BENEĂ, Universitas Occidentalis Timisoarensis, Romania

Tibor BERTA, Universitas Szegediensis, Hungaria

Mirela BORCHIN, Universitas Occidentalis Timisoarensis, Romania

Jenny BRUMME, Universitas „Pompeu Fabra”, Barcinonensis, Hispania

DHC Norberto CACCIAGLIA, Universitas Gentilium Perusiensis, Italia

Giovanni CAPECCHI, Universitas Gentilium Perusiensis, Italia

Ioana COSTA, Universitas Bucurestiensis, Romania

Monica FEKETE, Universitas „Babeş-Bolyai” Napocensis, România

Katarzyna GADOMSKA, Universitas Silesiana Katovicensis, Polonia

Elena GHIȚĂ, Universitas Occidentalis Timisoarensis, Romania

José Manuel GONZALEZ CALVO, Universitas Extremaduræ Norba-Cæsariensis, Hispania

Ioan IOVAN, Universitas Occidentalis Timisoarensis, Romania

Coman LUPU, Universitas Bucurestiensis, Romania
Laszlo MARJANUCZ, Universitas Szegediensis, Hungaria
Ileana OANCEA, Universitas Occidentalis Timisoarensis, Romania
Antonio PATRAȘ, Universitas „Alexandru Ioan Cuza” Iassiensis, Romania
Lăcrămioara PETRESCU, Universitas „Alexandru Ioan Cuza” Iassiensis, Romania
Elena PÎRVU, Universitatea Craiovensis, Romania
Eleonora RINGLER PASCU, Universitas Occidentalis Timisoarensis, Romania
Mihaela Silvia ROȘCA, Universitas Occidentalis Timisoarensis, Romania
Leonardo SARACENI, Institutum Superius Musicae „Francesco Cilea”, Castrovillari, Italia
Oana SĂLIȘTEANU, Universitas Bucurestiensis, Romania
Andreea TELETIN, Universitas Bucurestiensis, Romania
Maria ȚENCHEA, Universitas Occidentalis Timisoarensis, Romania
Estelle VARIOT, Universitas Aquis-Massiliae, Gallia
Violeta ZONTE, Universitas Occidentalis Timisoarensis, Romania

PRAESES COLOQUII

Valy Ceia

COMISSIO INSTITUTORUM (officiosi variorum sectionum)

❖ Lingua et Litterae Latinae

Valy Ceia valy.ceia@e-uvt.ro

❖ Lingua Dacoromanica et Lingua Dacoromanica Alienigenis

Bogdan Țâra tarabogdan@yahoo.fr

Emina Căpălnășan astarteea@yahoo.com

❖ Litterae Dacoromanicae

Dumitru Tucan btucan@gmail.com

Roxana Rogobete rsrogobete@gmail.com

❖ Lingua et Litterae Gallicae

Ramona Malița malita_ramona@yahoo.fr

Mariana Pitar pitarmariana@yahoo.fr

❖ Lingua et Litterae Italicae

Mirela Boncea bonceamirela@yahoo.it

Silvia Pașcu silvia_mandincea76@yahoo.com

❖ Lingua et Litterae Lusitanicae

Iolanda Vasile iolanda.vasile@gmail.com

Veronica Manole veronica.manole@gmail.com

❖ Lingua et Litterae Hispanicae

Luminița Vleja lumivleja@yahoo.com

❖ Historia et Theologia

Simona Regep simonaregep@yahoo.com

Călin Timoc calintimoc@gmail.com

Remus Feraru remusferaru@yahoo.fr

❖ Artes visuales

Iosif Mihailo iosif.mihailo@yahoo.com

❖ Musica

Mihaela Silvia Roşca mihaelasilviarosca@gmail.com

❖ **Artes dramaticae**

Eleonora Ringler Pascu eleonora.ringlerpascu@gmx.de

Termini Colloquii

- ❖ Editio sexta CICCIRE habebitur diebus **16-17. Iunii 2017** apud Universitatem Occidentalem Timisiensis, Bd. Vasile Pârvan, no. 4.
- ❖ *Tabellae participibus inscribendae* (vide infra) inscriptae mittendae sunt usque **1. Maii 2017** ad ciccre@gmail.com et officioso a quo optata sectio curatur.
- ❖ Dies ad communicandam approbationem dissertationum erit **15. Maii 2017**.

Pretium participationis ad CICCIRE 2017 est 50 Euronummorum sive 230 RON et poterit solvi die apertionis Colloquii apud officinam registrationis. Pretio inest: mappa, refectiones, prandium, cena et editio dissertationis (habita electione). Pretium vecturae et deversionis cis manifestationem a participibus solvendum est.

Tabellae participibus inscribendae

Nomen:

Praenomen:

Titulus dissertationis:

Sectio:

Institutum (universitas, centrum studiorum etc.):

Titulus academicus et scientificus (professor, studiosus, doctorandus etc.):

Litterae electronicae:

Summarium Anglice et lingua dissertationis (200 – 250 vocabulis):

5 dominantia nomina (Anglice et lingua dissertationis):

Utebitur machina imaginibus prociendis: SIC / NON

Insuper notanda

- ❖ Dissertationes exponendae sunt una ex subsequentibus linguis: Francogallice, Italice, Lusitanice, Dacoromanice, Hispanice.
- ❖ Intervallum ad proferendam dissertationem allocatum: tertia pars horae (20'), atque quinque momenta (5') ad disputandum.
- ❖ Dissertationes probandae sunt a consilio singularium scientiarum peritorum Colloquii, qui proponunt opera in libello „Quaestiones Romanicae” typis JATEPress Universitatis Szegediensis edendo cooperantibus typis Universitatis Occidentalis Timisoarensis.
- ❖ Subsequentes informationes invenientur in pagina interretiali Colloquii: litere.uvt.ro/conferinte